

Federico II di Svevia

*Arenga 128*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Federico II di Svevia

*Arenga 128*

Dicembre 1210

Regnantis procul dubio tunc digne thronus extollitur

Regnantis procul dubio tunc digne thronus extollitur, cum regi regum solvitur, quod debetur, quia tunc crescit precipue largitoris preconium, cum sub titulo id eterno conscribitur, quod dedicatur domino, quod divinis ministeriis consecratur. Sic enim nostri firmantur iura regiminis, si ad laudem et gloriam divini nominis nostra devocio dedicatur et ad cultum eterni numinis favoris nostri plenitudinem adhibemus. Proponentes igitur in eius nomine, per quem vivimus, regnamus et sumus, ecclesias regni nostri non solum suo iure protegere, set nostre eciam munificencie munere ampliare, ad incrementum specialiter Panormitane ecclesie tanto maioris affectionis studium excitamus, quanto eam noster oculus vicinius comtemplatur et incrementa regalis munificencie merito promeretur.